 puer a parentibz ē oblat^{us}. qui cū adole-
 uiss̄ ad s̄dm rediēs vxorē duxit. **L**ūqz p̄
 modū egrotās se feciss̄ ad monasteriū
 reportari vxore i quib^{us} dā alijs astantibz
 cepit clamare dicens q̄ beat^{us} gregory et
 beat^{us} andreas acerrime ip̄m verberabāt
Et cū p̄ paululū quicuss̄. mō inquit
 verberauerūt me. qz mōsteriū dimisi et
 vxorē duxi. **E**t p̄ modicū. modo ait verbe-
 rat^{us} sum qz pauperes derisi. **E**t iterū. mō
 inq̄t qz sex nūmos a quādā vidua accep-
 tos reddē nolui. et quot pass^{us} illa fecit ad
 me veniēs. tot ego it^{er} sustinui. **N**ali-
 quot āthoras de lecto exiēs sūpto sca-
 pulari et aliao q̄ uix se erat ad ecclesiā
 festin^{us} confugit dicens se p̄ dei gratiam

dicatis tioribus totaliter expurgatum. Et strato
sibi lecto in ecclesia. euangelio plecto in missa vitam finivit. **N**udato vero
corpe ad lauandum. inuicta sunt stigmata plagarum quibus se dixerat cruciatum

De euerentibus ad religionem. **Ca. xlv.**

Sane post discessum a religione uerrecutentes. oportet impositam sibi penitentiam cum omni constantia sustinere. **V**ide legitur in vita spiritum. quod duo fratres in pugna a fornicatione recutentes ad se invicem duxerunt uxores. **P**ostea vero abijt vnus ipsorum ad alterum et dixit ei. **N**on lucrati sumus in hac imundicia. ex qua pena sequitur eterna. et vitam angelorum deseruimus. **R**ecutentur ad heremum. **R**ecutentur ad quendam senem. induci sunt ab eo per annum integram recipientes panem ad pensum equaliter. **A**nno autem reuoluto. egredientes visi sunt habere vni faciem pallidam. alii vero pulchram. **R**ecutita causa palliditatis. ille dixit. **P**allidam habeo faciem. quia memorabar peccatorum meorum in inferni michi debitorum nisi peni

tenaam egissem. Alé vero requisit' ait
 Recolo dei beneficiū et exulto q' me retrax
 it de inferno. Ad audientes senes utoi
 cauerrit equalé fuisse pñiaz utriusq'.

Expliat tñā pars hui' operis

Incipit quarta pars de mulieribz

Quarta pars hui' operis con
 tinet ea q' pertinet ad mulie
 res. et habz xxij capitula
 Quam periculosa sit fami

liaritas mulierum.	Ca. p̄mū
De malicia mulierum	Ca. 2 ^m
De improbitate eaz ī factis	Ca. 3 ^m
De improbitate eaz ī verbis	Ca. 4 ^m
De pena loquacitatis mulier	Ca. quītu
Conē cohabitacionē mulier	Ca. sextū
Conē tact' quarūcūq' mulier	Ca. septi ^m
Conē lectacatā gule mulier	Ca. octa ^m
Conē delicacionē eaz in abis	Ca. nonū
Contra consantes	Ca. decimū
Contra prouocatrices	Ca. xi ^m
Conē eaz foralegia	Ca. xij ^m
De custodia filiarum.	Ca. xij ^m

De infortunys nuptiarū. La. xiiij^m

De filia nuptiu tradenda La. xv^m

De purgatione suspectar La. xvi^m

De emulatiōe mulierum La. xvij

De mala vxore tolleranda La. xvij

De ipsiōe ostētatiōis mulier La. xix

De seris nuptys mulierū La. xx

De nāli pietate mulierum La. xxi

De pudicia scāri mulier La. xxij

De hūilitate et pācia dignosaz mulier La. xxij

Quā pāculosa sit familiaritas mulier

Primo igitur considerādū est quā pāculosū sit. se familiarē mulieribz exhibē. ne postq̄ aliq̄s ī laqueis carz incederit nō possit facile exsilire. Refert enī ualer⁹ q̄ renos pluto nūcis vix tante grauitatis. ut neq̄q̄ pro quacūq̄ causa uirare p̄mitteret. sed ei⁹ uerbo sumptia credet. familiaris fuit curdā mulieri meretria nobilissie athenaz noie phurne. Huc cū quardā die cū iuuenibz loqueret. confisa de familiaritate philo sophi pign⁹ posuit q̄ ipm

abducit a proposito castitatis. Contigit
 autem quod prius grauis vino ad ipsam dedi-
 nas in sinu eius sponte percubuit. Quamquam
 illa cum diu per libitum attraxisset non po-
 tuit tamen cum ad libidinem peruenire. Et
 cum iuuenes ab ea pignus exigeret. illa re-
 spondit. pignus se de homine non de truco
 vel bestia posuisse.

De malicia mulierum **Capitulum secundum**
Ex quo patet quanta sit malicia quam fa-
 miliares suos etiam nichil mali su-
 spicantes causa questus ad perniciem allicere
 solet. Unde legitur in vitis primam quod mulier
 quaedam sponso dicit cum familiaribus quor-
 dam iuuenum. quod senex quidam ciceret de
 cella sua. Cum igitur ipsa simulans ne-
 scio quam necessitate recepta esset a senex
 in cella. ut verba cepit senex ultra modum
 prope eam concupiscentiam torqueri. Accendit
 igitur candela. et utriusque manus digitos
 ea comburans per ardorem alio. sed concupiscenti-
 ae dolore non sensit. Mulier autem nichil pro-
 faciens. cum se in quadam parte celle pro-

icasset quasi ad dormitōū exspirauit
Manc at frō requietibz cam pceditis
uuenibz aut scirex. Ecce quā male ista
filia dyaboli perdidit omēs digitos ma
nus mee. Ecce ubi dormit. Quā cū mor
tuā inuenisset. scirex suis orōnibz eā
susatauit ⁊ ad pñiam euocauit.

De improbitate carū ī frās. Ca. t'auum
Qanta ē carū improbitas circa eos
quos bolūt ad peccandū intō uacē
vt sine periculo aīe uel corpis ipōssibile
utocāt laqōs carū euacōe. **Urtōe refert**
iheronim⁹ qd quidā impator scz iulian⁹
apostata cum nō possēt auuifōā adolefcē
tis aīm īmutare. ī amēnissimū ortū
pcepit ipm intō uacē. ibiqz intē candētia
lilia et rubentes rosas cum leui murmu
re uix cū serperet riu⁹ et molli sibilō bē
tus arborū strīgeret. sup extensū pluuiē
lectulū. uiuēnem resupinacū iussit et
ne urtōe se possēt exautē blandis scrtōz
necibz urtātū relinq. **Lūctis** at recedē
tibz aduenit mētrix speciosa. et delicat⁹

stringēs colla cōplexibz. qđ dictu etiam
 scđus est cepit a virilia manibz atter
 tare. ut corpe in libidūne cōmoto. se mē
 trix impudica supiacēt. **P**ro agēt mu
 les xp̄i. quo se verteret nesciebat. **T**antō
 at cedit inspirat linguā quā solā li
 berā habebat presasā morſu rōdiatus
 in osculāns se facē expuit. et sic libidi
 nis sensū succedens dolens magnitu
 do calcavit. **D**e improbitate ea

Rum in verbis. **T**a^m quartum
 Non solum at hoīes quos tangē
 possunt facto. ymo etiā illos qđ nec tā
 gūt nec tengerūt nec cognouerūt. solet
 mulieris improbitas verbis causa qđ
 unpetē. **N**ō refert rufin^o qđ cū heretici
 ariani cuperēt contēnare athanasū
 cōvocato concilio suasērūt autdā muli
 erā qđ ipm non nouerat ut accusatiōz
 cōi ipm in consiliū pferret. **I**git^r cōuo
 cat^o athanasū vēit cū p̄bitero suo thi
 motheo. dixitqđ illi ut athanasio tacē
 te. ipse ad obiacēda respondēt. **A**ffuit

igitur et mulier dicens coram consilio se qua-
dam die athanasium hospicio recepisse
et ab eo nihil tale suspicantem vinum corrup-
tionis fuisse pressam. **D**um igitur mulier scitu-
rum quod coacta fuerat porasset. athana-
sio tacente thymotheus conuersus ad eam
dixit. **V**ere mulier ego mansi apud te
aliquam. habere vinum tibi ut asseris feci. **T**unc
illa misera ut se talium peccatis hinc. ob-
uergens thymotheum. tu inquit michi vinum
fecisti. tu in illo loco contaminaasti castita-
tem meam. **E**t conuersa ad utroque obtesta-
ta fidem cepit. **S**icque fictione detecta coram
omnibus. mulier confusa recessit.

De pna loquaatis mulier. **S**a^m qntu
Non est mirum si malam loquaata
mulierum cum eorum pnti confusione
reprehendit. cum etiam sciam mulierum inordi-
nata locutio pro morte graui puniat.
Dñ gregori⁹ in dyalogo refert. qd queda
sacrimonial fuit qd carnis quide contu-
nentiam habuit. sed lingue procaacitate
et stulto loquiu nime dedinavit. **H**ec

aum defūata et i ecclesia sepulta eſſ. nocte
eadem vidit custos eccleſie q̄ dco uita fu
iſſet ad altare. et p̄ medio ſecabat̄ et p̄s
vna cremabat̄. altera vero emandabat in
tacta. **¶** Cuius combustiois ſigna ſequēta
die in marmoribz apparuerūt. ac ſi ibi
fuſſet corporaliter conſecrata.

¶ Conſociatione mulierum. **¶** Capitulum ſextum
¶ **E**x dictis euident̄ apparet quā p̄ci-
loſa ſit quācuq̄ ſocietas uel coha-
bitatio mulierum. et hoc nō ſolū p̄p̄e ſuſpec-
tam car̄ maliciā. ſed etiā p̄p̄e uisitat̄ hōi
naturalit̄ car̄ concupiſcentiā. **¶** Legit̄ enī
i h̄iſtoria ioſaphat. q̄ p̄i ei querebat
conſiliū a quodā mago theoda nōmīe
qualit̄ poſſet eū a ſalubri p̄poſito iuoca-
re. **¶** At ille reſpondit. **¶** Cunctis o rex muni-
ſtrātibz filio tuo longe ſemotis. muliēs
decoras et ornatas introducta p̄cip̄e q̄
ei aſſiſtāt et miſtrēt. et cū eo continue cō-
uerſent̄. **¶** Nichil enī ita p̄ualet abduē-
mentē uiueris ut ſp̄s mulierum. **¶** Et autō
narrationē inq̄t hec teſtificante. **¶** Quidā

rex filios marces habere non poterat. tandem
autem nascitur filius. sed pitissimum medicorum
dixerunt. quod si infra decem annos solem videret.
oculorum lumen periret. Et rex au-
diens exscavit speluncam in petra quadam
et ibi filium cum nutribus usque ad tempus
illud indusit. finitas decem annis. puer de
antro educatur. nullarum mundi alium rem
per visum habens notitiam. Tunc iubet rex omnia
secundum genus suum sibi ostendi. in uno
loco viros. in alio mulieres. et sic de aliis
Interrogatis vero nominibus singulorum cum
nomen mulierum anxie quaereret. fert spatia
regis dixisse. demones eas esse quae seducunt
homines. Ostensis igitur sibi omnibus.
interrogavit rex pueros quod ei magis pla-
ceret ex omnibus quae viderentur. Et dicit inquit pater.
nisi demones quae seducunt homines. Nulli
cum horum quae ostensa sunt hodie amicitia
sicut illorum exarsit anima mea. Unde ergo
quod tyrannica res est mulierum species. **Adon**
Sta^{ta} quarecumque mulierum. **ca** vi
at ita periculosa res est species

mulier. frequentatioq; uel solus illarū
 aspectus. non ē dubiū quin sine compa-
 tione periculosior sit quarāq; mulier
 contactus. **¶** Et qđ legitur in uita sp̄m. qđ
 quidā fē cū aliqn̄ cum m̄re sua iter fa-
 ceret. uenerūt ad qđdam fluuiū. Igit̄ ille
 matrē uolēs ulē portare. iuoluit pallio
 man⁹ suas ne man⁹ tangēt m̄ris sue
 Interrogat⁹ uero ab ea quare id fecisset
 respondit. Quia corp⁹ mulieris ignis
 est. et co ipso qđ contingebā te. ueruebat
 michi mēoria de alijs mulierib⁹.

¶ Conlectacitate gula mulier. Sa^m viij
Post proccacitate mulier sed in locū
 tenet car. lectacitas. in qua quo-
 dam infantili uel brutali appetitu ferē
 ad comedendū si qđ eis delcabile uideā-
 tur. **¶** Refert enī gregori⁹ in dialogo qđ
 quodā famula dei ex mōsterio uirginū
 die quodā ortū ingressa lactucā conspi-
 cēs concupiuu eā. et oblita eā b̄ndicē
 mo moro ut i eam. **¶** De co. ptur⁹ accepta a
dyabolo accidit. Lunq; uie sanct⁹ equi

aus mandauit ad hoc p̄cipit dyabolo ut
cruet. ille clamabat. Ego q̄d feci. **B**ocba
cni sup lactuca. venit illa et momordit
me. Et sic tandem cum difficultate cruit

Non delicacione carz i abis. **A** non u
vnt at quoda ita delicate i victu
ut vix possit eis gratane ab aliq
deserui. quaz delicias q̄nta miseria
cosequat no imerito refert petr⁹ danua
nus in huc modū. **D**ux quoda habebat
vxoꝛē ita delicatā et tenē viuente. ut se
coibz aquis dedignaret abluē. sed ser
ui ei⁹ de roze celi vno iqz collecto. laborio
sum ei balneū ppabant. **L**ibos suos no
tangebāt. s̄ postq̄ fuisset ab cunichis
coram ipsa ifrusta consasi. fusanulis
aureis ori suo adhibebat. **L**ubiculū ei⁹
tot aromatisz redolebat. ut vix sic au
ditu credibile. **D**um sic viuēt iudicio
dei p̄cissa. ita viuēs cōputruūt. ut fetor
remille null⁹ iā ferre poss̄. Relinq̄tibz
ergo eam omibz frūtilis. vna sola acil
la in ei⁹ emansit seruicio. q̄ non sine spe

ac̄ redolentiū auxilio trāsitorie ⁊ quasi
 rapta ei mīstrans continuo d̄ recedebat
 Sicq̄ diuina miserabile cruciata die clau
 sit extremū. Non̄ consantes 2^a 1^a

Quedā aut̄ muliēs c̄si maiora crimi
 na caueāt. quibz̄dā tamē leuitati
 bus sicut coreaz̄ c̄huiusmodi nimis
 defacili se exponūt. De quo sic refert
 guilhelm^{us} q̄ p̄sb̄it̄ quidā eccl̄sie s̄c̄a ma
 gni m̄ris in thecuto n̄a. in vigilia nati
 uitatis d̄n̄i missā inchoauerat. Quedā
 aut̄ muliēs cū viris i c̄mutero ducētes
 choricas diuinū officiū perturbabāt. Quōq̄
 ad mandatū sacerdotis q̄ sc̄ere noluisse
 ip̄ccat̄ est eis dices. Plateat deo ⁊ s̄c̄o
 magno. ut sic p̄maneat̄ usq̄ ad ānū
 Nō et factum est. Toto āno pluuia nō
 cecidit sup̄ eos. nō fames nō sitis. n̄ vesti
 mēta eoz̄ sunt attrita. s̄ quasi beccores
 ducentes choricā cantitabāt. Quidā aut̄
 fili^{us} sacerdotis cū conaret̄ sorore suā ut
 educē. brachiū ei a corpore extraxit. s̄ ut
 necq̄ sanguis exiit. ipsa cum alijs

sic permāsit. **E**uoluto at̄ anno heribertus
ep̄us coloniensis adueniēs eos ab hoc
vinculo absoluit. et eos añ altare recon
siliavit. **U**bi una ex mulieribz s̄ illa cū
brachio auulso statā exanimata ē. **A**ly
aut̄ cōtinuis tribz noctibz primus dormi
erūt. quidā vero penā suā p̄petuo capitis
tremore p̄tendēt. **P**lures at̄ tam ex viris
q̄ ex mulieribz satis cito p̄ exspirauerūt.
Quidā at̄ ex hys q̄ statā exanimati sūt
dicunt̄ miracula fecisse. p̄t̄ nimūā cor
dis p̄niam quā habuerunt.

Non prouocatrices **A**m̄ xiiij.

Non minus at̄ est reprehensibile q̄ qui
dā a choris abstinētes multiplici
apparatu et ostentatiōe sue pulchritudis
nō verent̄ hoīes ad cōcupiscentias p̄uo
care. **D**up̄ quo refert heradotus q̄ fuit
quedā puella noīe alexandria. q̄ vixit re
licta intra quoddā sepulch̄r̄ consedit i
clusa. p̄ foramē exiguū alimēta suscipi
ens. et p̄ xcc̄ annos neq̄ neq̄ viros neq̄
mulieres videns. **A**d quā cū sc̄a melania

romana accessisset ut videtur eam. confessa
 est se ipsam non potuisse videtur stantem ad fora
 mentis condusionis eius. **L**unam causam condusi
 onis eius requisisset ait **L**unus dicitur iuuenis
 animum in me quondam fuit lesus. ne ergo
 videret eum contrastare vel prode. malui me
 quam diu vivo in sepulchro reducere. quam nocere
 autem ad silium me deus fecit. **I**lla vero requirit
 te qualiter possit vitare pigritiam. et ad usum
 cogitationes sola pugnare respondit. **A**pi
 cipio diu otiosi vaco. operam facies ex lino. per
 ca per patriarchas prophetas apostolos martires et vir
 gines cogitatione discuro. et modico a
 bo sumpto appropinquate respice cum maria
 quiete deum meum glorifico. finemque vite
 mee cum multa spe patienter exspecto.

Contra eam sortilegia. **C**a. xij.

Super omnia autem execrabile est. quod quodam
 quos verbis et forma non possunt. conatur
 tur sortilegiis et maleficiis provocare. **E**t
 quo qualiter mercedem exspectare debeant au
 diat hoc exemplum. **R**efert enim guilhelmus
 quod erat quondam mulier malefica et augu

riatrix in anglia. q̄ cum q̄dam dicabū
capit̄ audiuit quanta corniculā nescio
q̄d uix ip̄am corniculante. **S**tatisq; cū
tell̄ e maib; cū accidit. et mortē sibi im
minē cognouit. vocatisq; filiis suis ait
illis **R**ogo uos p̄ materna viscera. ut sta
tim cū mortua fuero insuatis me ī conuo
coruino r̄ idudatis ī lapideo sarropha
go. opumentūq; ferro r̄ plūbo constriga
tis. et lapide ip̄m trib; magnis cathēis
circūdatis. **P**salmi etiā imponat̄ r̄ mis
se. p̄ me cantent̄. et si solū mō trib; dieb;
ita iacuerō quarta die in fodietis me ī
humo. **H**uc oīa cū facta fuisset duab;
primis noctib;. psallentib; cūctis circa
corp̄. demōs infringētes portas ecclie
duas extremas cathenas diruperunt.
Media uero q̄ erat operosior illibata p̄
māsit. **T**ertia uero nocte circa gallican
tū. strepitu ad uicinitū hostium. uisū
est templū a fundamētis moueri. **U**n̄
at̄ ceteris uultu terribilior. statura celsior.
arrogantia gestu accessit ad sarropha

gum. et idamato noie ei ut surget im
 peravit. Quia espondeat neqo p vinculis
 solucis inat h malo tuo. Statiaq; cathe
 nam ut stupra dirupens. operculu tibe
 pede depulit. et apprehensa pala omib; ab
 ecclesia extraxit. ubi an caliam pat cat
 niger equus operet vnans ferreis. sup
 quos misera illa posita e. et cum sodali
 tio suo disparuit.

De custodia filiarum. Ca. xij.

Quot igit et tantas existentib; mali
 cys mulier. ne mature isolescat
 oportet diligenti cas a puericia custodi
 re. Vn refert suetonius q; augustus cesar
 filia sua neptes ita instruxit. ut eas et
 am lanificio assuescet utarctos loqui
 aut age q; nisi p ala. extraneor cetu
 pnerit interdices. Contigit at viru q; da
 p daz. lianuu noie venire ad ei filiam
 salutanda. Ad cu augusto comptum
 esset scripsit. par modeste ipm egisse
 qui filia eius salutare venisset.

De infortunys nuptiarum. Ca. xij.

Ex dictis aut malicijs mulier sequi
tur frequē infortuna nuptiarū
p̄p̄e que ⁊ antiq̄ phi consulebāt a nup
tys abstinē. Ūn refert valeri⁹ q̄ cū ado
lescens cōsulet̄ socrate utrū vxorē debet
ducē an oīno a cōiugio abstinē t̄ndit
utrūq̄ si feciss̄ p̄niam se actur. Nā hic
te inq̄t sollicitudo. ibi orbicas extipiet
hic generis iterit⁹. illic heres alien⁹ do
tis exprobratio. garrula socer⁹. p̄petua
sollicitudo et inccet⁹ librorū euent⁹. Theo
phrast⁹ vero addit. q̄ mulier aut pul
cra ē aut feda. Pulcra facile adamat⁹
feda vero facile concupiscat. Difficile ē
est custodire qd̄ plures appetūt. et mo
lestum ē custodire qd̄ null⁹ h̄c dignat⁹

De filia nuptiu tradenda. Ca^m xv^m
Non solū pueniūt infortuna nup
tiaz ex mulieribz. ūmo aliquā ex
condicio virorū. Ex quorū condicioibz
accipiūt mulierē frequē occasione volup
tatum suarū proscādan. **D**e qd̄ multū
attendendū est. cū viro mulier iūgat⁹

in matrimoniu De quo refert iustianus q
quidam consuluit themistodem athenien-
sem. utrum filiam suam pauperi s ornato. an
localeta non probato locaret. respondit
Malo virum pecunia. q pecuniam viro pro-
bato indigentem.

De purgatione suspectar. Cap. xvi.

Sane non oportet mulierem matris
coniunctam defaali suspectam haberi
propter quatuor plis genere conditionem
Refert namq iheronimus q quaedam mulier
punitenda erat suspicioe adulterij. quge-
nuerat filium pulcherrimum. et utriusq
parentis dissimile. Ad cu ypo crati me-
dico iudicatu ess. monuit inquirendum
ne forte talis pictura in cubiculo esset
i cui ymaginatioe concepiss. Ad cum
factum fuisset. iuventa e pictura similis
puero. Et sic mulier a suspicioe liberata
sue absoluta est.

De emulacione

mulierum. Cap. xvii.

Solet at et mulieres zelare viros
suos. modicaq occasione habet suspect

tos **V**nde refert iheronimus qd gorgias
rethor licet esset castissimus. qz tamē anal
lam pulchrā habebat. vxorē suā contum
lis molestys sibi seniebat infestā **V**n
contigit qd cū grecis unē se distoentibz
idem gorgias librū pulcherrimū de con
cordia misiss. recitato in cōi libro. qui
dam melana⁹ noīe dixit ad ceteros **I**ste
nob de concordia p̄cipit. q se et vxorem
et ancillā tres i vna domo nō potuit cō
cordare **A**mulabat quippe vxor ancille
pulchritudinē. et virū castissimū con
dianis uirgys exagitare nō cessabat

De mala vxore tollerantia. **C**a^m xvij
Licet ad cauendū sit in accipientes
vxorē. tamē acceptā oportet tolerā
re quantūlibz iportunā **V**nde refert
iheronimus qd cū socrates duas habet
vxores multasqz ex rixis earū molestias
patere. quodā die ipm fugē compu
lserūt **C**ūqz scēt in quodā loco. vna ex
cis mulieribz tantisper noīe multis
ipm primo verbis obuergans dixit

in locū quendam superiorē ascendēs inū-
 dum liquorē sē caput ei effudit. At ille
 caput suū tergēs. scabam inquit scabā
 q̄ p̄ ista tonitrua pluuia sc̄ret. Cum
 at̄ disapul̄ ei altibiatōes q̄reret ab eo
 cur tantipem mulierē tam acerbā a se
 nō abigeret. qm̄ inq̄t cū illā talē domi-
 p̄ctor. insuesco & exerto: ut fons facili-
 us inuuiam feram. **De repressioe**

Dostentatiois mulier. **Ca. xix**
 Non tñ deb; homo i mala vxore to-
 leranda ita mollis ad ipam effia. quū
 virilē. p̄ t̄p̄ studeat ei obstinationē et
 insolentiam refrnare. Nñ refert vale-
 re q̄ nobil̄ roman̄ sulpiciū vxorē suā
 dimisit. q̄ cognouit eā fons versatam
 ap̄erto capite. **I**ter inq̄t tibi tñ meos p̄fi-
 niuit oculos quib; tuā com̄p̄es formā.
 hys decorsū istrumēta p̄para. hys esto
 speciosa. hor̄ te certiorū crede noticiā. ulte-
 rior̄ tuū cōspectū irritatiōnē sup̄uacua
 accersit̄ in suspiciōe & criminē habeat̄
 necesse est.

De scandidis nuptiis mulierum. Ca^m x.

Quarta autem mulierum stulticia in se-
cundis et pluribus nuptiis compro-
batur. quas sicut quodam improbe appetunt
ita quodam eas prompte detestantur. **De re-**
pressionem autem ipsas improbe appetitum refert
agellus quod cum quereret a cathone quare ma-
ria filia sua mortuo eius viro non nubet
alteri. respondit se non iuvenire quod magis
vellet ipsam quam sua. Porro de prudentia se-
cundas nuptias contempnentium refert
iheronimus quod cum amia anne iuicis vto-
ate instaret apud ipsam ut alteri viro
nubet. eo quod esset etatis integre et congrue
speciei. nequaquam inquit hoc faciam. Si enim
bonum vitum invenire ut ante habui. volo
timere ne perdam. Si vero malum. quod necesse
est pro bonum pessimum sustinere.

De naturali pietate mulierum. Ca^m xi.

Quia autem de malis conditionibus mu-
lierum aliquid dicta sunt. congruum est etiam
de bonis earum conditionibus pauca
suggerere. ne videamur eas totaliter condem-

nare. In primis igitur comentoada e in cis pi-
 ctas natural. q et si cottidianus appareat
 expunctis. hoc tm exemplo notabili demō-
 strat. Refert enī valerius q sanguis īgeniū
 mulicte pctor apud tribunal suū capi-
 tali cūmūc damnatā in carrē necando am-
 tradoit. is at q custodie p̄erat mīa mo-
 tus. nō statim eam strāgulauit. s̄ filie ip-
 sus ad eā aditū p̄buit. tm̄ diligēte cū-
 sse ne ei esse aliqd̄ inferret. estimās q̄ illa
 inedia consumēt. Pluribz at iam trans-
 actis diebz secū ipse q̄rens qd̄ nam esset
 quo tam diu sustentaret. et diligēter
 obseruās aiāto uertit filiā ex vberibz suis
 famē matris lactis subscōio lenientem

Quetā ad mirabil' spectaculi nouitas
 ad uideores perlata mulicci remissionem
 ipetrauit. De pudicia scāy mulicis ca. xxy

Inūciat et ī quibusdā scās mulicibz
 quēdā ueranda pudiciae uideox.
 non tm̄ in cōiugatis amiranda. s̄ etiā
 sanctis uirgibz imitanda. Refert ē ihero-
 num' q̄ quōdā uir nobilis duell' noie

qui primū in nauali bello romē triū
phauit yliam uirginē duxit uxore.
tante pudicie ut illo quoq; tpe exem
plo esset quo impudicia monstrum
erat nō uicū. Is iam senex ⁊ trementu
corpore cū in quodā uirgine auto isse sibi
exprobari qd os habes totū fetto ū ne
quaq; se debet alijs copulare. tristis ef
fectus domū se contulit. Tuncq; uxor illi
tristitie causā inq̄ret et ipse eā inculpauit
qd nō cū a p̄ncipio quo eā duxerat mo
nuisset. ut huic uicio mederetur. fecisset
uere aut illa. nisi putare om̄ib; uiris os
sic olere

De humilitate ⁊ paci
entia religio san. mulier. ca. xxij
De humilitate uero ⁊ paciētia religio san.
uirginū sufficiat hoc sequens exemplū
refert cū heradotes qd ī mōstero taber
nesiotar mulier fuit qdā uirgo que se
fecit stultā. p̄p̄e xp̄m. ut uirtutis implet
positū. Tuncq; numis humiliaret se atq; de
iceret. sic om̄ib; alijs oneri erat. ut nec
abū cum ip̄a capere dignaret. Ab oībus

cedebat semper in coquina manens officium
 omnium supplebat. Nunquam ad mensam sedebat
 sed in uicinis mensarum et ablutionibus ollarum con-
 tenta erat. Nunquam calceamentis utebatur.
 et caput hinc panis involutum sic omnibus
 seruiebat. Astat autem angelus sancto prothe-
 rio in desertis uiuenti dicens. Hec ad tale
 monasterium feminarum et iuuenes unam ex eis
 in capite pannum consassum habentem.
 ipsamque cognosce te esse meliorem. Tu enim
 sola contra tantas diaboli ac nocentium pugnet
 cor tuum autem a domino non recedit. tu autem solus
 resistens per omnes uices animo peruenis. Per-
 texit itaque et sorores congregari facies.
 illam propter quam uenerat non uidit. Tunc dixit
 illi. Omnes adducite. Omnes inquit ille
 hic sumus propter unam stultam quam habemus
 in coquina intrinsecus. Exhibete autem eam mi-
 hi. ut et ego ipsam uideam. Quam cum ad-
 duxisset. ille uidens signa quae dicta fuerant
 statim peccat se ad pedes eius benedictionem
 petens. Illa ex alia prostrata propter benedicti-
 onem petebat. Omnes aliae sorores obstu-

pescentes dixerunt serui **N**oli abba. nā ista
 quā carnis ē fatua **I**mmo vos inquit
 ille fatue estis. nā ista melior ē meo vo
 bis **L**unq̄ retuliss̄ eis qđ ei fuerat eue
 latū omēs ceciderūt ad pedes ei. confite
 tes illi p̄cā q̄ illam deinde verberato
 et multiplicat̄ molestato cōmiserant
At illa nō fecēs tantā sui glām. graua
 ri se cecēs satisfactioibz singular̄. isup
 cecēs se nō posse continuare hūilitatis
 p̄positū. p̄ paucos dies egressa de mōste
 rio illo. quo ierit ul' quo fine defecit
 ē ignotū **E**xpliat e^m h ps hui' opis

Anapit quinta ps ad oēs stat' generalit'
Quinta ps hui' opis cōtinet
 ea q̄ possūt ad omēs stat' ge
 neralit' referri **E**t h̄ xl capla
 De peccatis huius vite **L**a^m p̄mum
 De munitana ifaciabilitate **L**a^m 4^m
 Coñ trāsitorā glām munito **L**a^m 3^m
 Coñ nō acquiescentes cōsilio **L**a^m 2^m
 De morte antiquor̄ **L**a^m q̄ntū

De reuerentia vite	4a ^m sextū
Contra auariciam	4a ^m septū
De fraudibus mercatorū	4a ^m octauū
Non affectantes maiora lucra	4a ^m ix ^m
Non abutentes sua arte.	4a ^m x ^m
Non potentes calūpniosos	4a ^m xi ^m
Non aliena occulte tenentes	4a ^m xii ^m
De fidelitate seruorum	4a ^m xiii ^m
De reuelatione secretorum	4a ^m xiiii ^m
Non reuelantes defectus aliorum	4a ^m xv ^m
Non curiosa spectacula.	4a ^m xvi ^m
Non immoerantū casum	4a ^m xvii ^m
Non abutentes sua pulchritudine	4a ^m xviii ^m
Non ad ulteros occultos	4a ^m xix ^m
De summa auaricia.	4a ^m xx ^m
De pauperibus amicis pauertatis	4a ^m xxi ^m
De infirmis recitandis	4a ^m xxii ^m
De pacia in infirmitate.	4a ^m xxiii ^m
De huili hospitalitate	4a ^m xxiiii ^m
Non detrahentes curiali hospitali	4a ^m xxv ^m
De elemosina facienda.	4a ^m xxvi ^m
De retributione deo sicuti pater.	4a ^m xxvii ^m
De retributione ei in futuro	4a ^m xxviii ^m

Ne deo sine de rapina fiat	Ca. xxx
Ne q̄s de deo sine glouetur	Ca. xxxi
Coñ incaute noiantes dyabolū	Ca. xxxii
Coñ comertātes se dyabolo	Ca. xxxiii
Coñ blasphemā uirantiū	Ca. xxxiiii
Coñ irrecuerentiam scōz	Ca. xxxv
Coñ agētes bonū in p̄tō	Ca. xxxvi
Coñ irrecuerentiam sacmētōz	Ca. xxxvii
Coñ desperantes de p̄tatis	Ca. xxxviii
De penitentib; in fine.	Ca. xxxix
De exsecutorib; testamētōz	Ca. xl
De suffragiis mortuoz	Ca. xli

De periculis huius vite. Ca. p̄mum
 In om̄i statu n̄re est hōi cogno
 scere & cogitare. q̄nta s̄t p̄icula
 huāne vite. ne ille cōp̄tūra
 dulcedine sue salutis impuro?
 sempiternis p̄occupet̄ horroib; Narrat
at̄ barlaam. q̄anum? p̄ntis vite dulce
 dūi dedit? silis ē hōi qui fugiēs a facie
 fuerētis unicornis dūm uelocit̄ curret in
 magnū quoddā baratrū cecidit. Lunob

caderet maibz extensis apphatoit arbus
 tulā quartā & forte tenuit p̄oibz base
 quata imp̄ssis **P**rospectas at v̄dit du
 os mures vnū albū et alterū nigrū. con
 tinue corrodetes ut dicit arbutule. et iā
 p̄t erat ut absaridēt **C**onstacās v̄to ba
 rati fuit dū. v̄dit draco nē terribilē ignē
 spirantē **I**ntuēs deniqz v̄rs̄ basem v̄t
 quatuor aspidū capita ip̄am cōsumē
 tia **E**lcuās deniqz oculos. v̄dit de ramis
 arbutule modū mē distillās. & p̄e
 dita pericula negligēs. se illi modū
 mellis dulcedini dicit **M**oralit̄ **D**nicor
 nis mors ē. barati mure. arbutula
 vita n̄ra misera. q̄ cōtinue p̄ horas dicit
 et noctis q̄si p̄ mure albū & nigrū cōsu
 mit **P**orro quatuor aspides. q̄tuor cor
 poris elemēta **D**raco infern̄. scintilla
 mellis. dulcedo p̄ntis vite q̄ frui cupiē
 tes. sup̄dictis piculis exponunt̄

+ 92

De murdana insatiabilitate. **Ca^m 2^m**
Qum h^o at q̄ vite p̄ntis dulcedo ē
 unē tot picula constituta. est etiā

hūano appetitu iſufficiens. in quocūq;
constituat. ſuic i diuicijs. ſuic i delicijs
ſuic i glā & honore. **Vñ dicit bernardus**
Vidi inq̄t aliquñ quūq; viros quos utiq;
nō niſi amētes diceā. quoz p̄m^o buccis
tumētib; marinā maſticabat arnam
ſcand^o ſulphureo aſtās lacu exalan
tem ferro iſſimū geſticbat haurire vapo
rem. terci^o fornacā incumbēs vehementē
accenſe. micātes ſātillas hiantib; exap
fauab; letabat. quart^o ſup̄ p̄naculum
templi reſidēs auram ore attrahēbat.
quīt^o ſcorſū poſit^o ridebat ceteros. ip̄e vō
magis ridēdo p̄prias carnes interoibili
ſtudio ſugē laborabat. nūc manū nūc
brachiū ori imponēs **M**iſerat^o hoīes et
ſaſatās a ſingul. vnā repero eſſe cau
ſam validiſſimā famēa

Con trāſitoria glām mundi. **Ca^m 3^m**
Si at mundi dulcedo famē appeti
tus hūani ſaciare poſſ. ad huc
ipſam accuſaret qd̄ eſt tam p̄uo tpe du
ratura. cum impet^o hūane proſpuitatis

quāto feruētior fuerit. tanto contūgat
 ipsū faali⁹ inētrūpi **V**n̄ fugit vsop⁹
 hāc fabulā **N**utōā equ⁹ ornat⁹ phalcis
 p̄caosis. freno aureo & sella decora occur
 rit asino onusto ex altera pte venietū **E**t
 q̄ asin⁹ fessus. equo trāscuntū tardius
 dedit viam. dixit ei equ⁹ **N**isi me cōtine
 rem. te calabz rumpere q̄ non cessisti do
 nec tūisurē **N**ō audies asell⁹ ingemuit
Nec multo p⁹ equ⁹ impetu currens rap
 tus ē & dūat⁹ est ad villā ut ī agro sterco
 ra portaret **Q**uē cognoscēs asell⁹ ecōtra
 ī agro pascēs ait illi **N**ō tibi p̄fuerunt
 ornāmēta illa p̄iosa ut talem haberēs
 p̄sumptuosā audaciā. nā simul effect⁹
 rustias n̄ utē nobiscū officijs.

Nō nō acquiescētēs consilio **S**a⁹ **Q**u⁹
Hac igit⁹ miseria ī rebz mūdialibus
 existente. mūdōra est quorūdā fatu
 tas. qui ob eaz appetitū cū eas nō habu
 erūt vel a recuperatiōe cū eas amiserūt. nec
 expunēto retrahi possūt. nec consilio sa
 niōri **V**nde barlaā recitat q̄ quidam

sagittari apphendo ut vnā de minutis sumis
auiculis quā philomenā vocant. Cuius
extracto auctello cam occidē velle. data est
philomene vox articulata et ait. **N**ō tibi
homo de necē mea profectū cucurrit. **N**on
enī de me implere ventrē tuū poteris. **S**ed
si me liberaueris tria mandata tibi dabo
quā si custodieris inde magnā utilitatē con
sequaris. Ille autē stupefactus loq̄la illi. p̄mi
sit quod si quod nouū ab illa audiret morillā
liberaret. **T**unc ait. **N**unquā coneris apphen
dere aliq̄d eorū quā comphendo nō possunt.
Et ne dolcas de re perdua quā recuperare
nō possis. **E**t verbum incredibile ne credas
aliquū. **T**ūc ille eā dimisit. **E**t illa volens ex
periri si ille aliquā utilitatē ex hys manda
tis consecutus fuisset cepit volitando dicere.
De tibi quod malū consiliū hodie habuisti.
Est enī in visceribus meis margarita cetero
ouū struacionis sua magnitudine. **E**t dō autē
ille audisset et dolēt utriusque ip̄ar capē arte
et p̄missioibz acceptaret ait illi philome
na. **N**ūc cognouit te fatuū esse. **D**ixi enim

tibi nec dolēs de ea perditā irrecupabili. Et ne
 acceptas incomphensibilia capere. Et ai do
 les de me temptas me capere cum tū pergere
 nō possis utinam meo. In sup dixi tibi ne ver
 bum credēs in credibile. et credidisti in visce
 ribz meis esse margaritā totā corporis mei
 magnitudinē excedentem

De morte antiquoz. La^m quintū

Quod hoc at apparet debet sine imponi
 ab his q̄ mortē amicorū quā recu
 perare nō possunt in solabiliter lamētan
 tur. De q̄ refert valer. q̄ cū anaxago
 re philosopho nūciassent quidā. filij sui
 mortē. nichil in hoc inq̄t noui expectatū
 annūciās. Ego cū illū ex me natū scire
 esse mortale. Oratiō quoqz iouis ponti
 fex cū eam deditas postē teneret aut dita
 morte filij nec manū a postē reuocauit
 nec vultū a publica edigiōe ad dolorē de
 flexit. ne magis p̄is q̄ pontificis partes
 egisse videret. Xenophon etiā socrate
 cū sacrificaret. maiore ex duobz filijs su
 is in bello perisse cognouit. nec iteo cultū

dimittendo uero putauit. Sed tantummodo co-
ronam de capite deponere contentus fuit. Per-
cussit autem quo nam modo cecidisset. cum autem
set cum fortiter expugnatum cecidisset. con-
tinuo in capite reposuit testatur numina
quibus sacrificabat se maiorem de virtute
filii voluptatis. quam de eius morte concepisset
se amaritudinem.

De rectitudine vite. La^m sectum.

Ex quo patet vitam hominis rectam debere
esse et quasi in quodam medio ut illius
constitutam ut nec deiciat periculum nec ad in-
sitatibus deprimat. Vnde refert tullius. quod
pancratius philosophus ad ostendam humanam
vite rectitudinem utbat similitudinem vitam
inquit hominum qui etate in medio reagent
et sibi suisque esse usui volunt ad cauendam
pericula assidua et cotidiana oportet autem
esse prompto spiritus et intento ut sunt athleta-
rum qui pancracy vocantur. Nam sicut illi ath-
lete ad vitandos ut cauti sunt et ad faci-
dos parati. ita mens viri prudentis ad in-
sus periculancias omni loco atque tempore prospiciat.

deb; esse creata nisi q; aac; flectens consili
a cogitacoe; q; contra fortune verbera
quasi brachia protendēs. ne qua in re
ad ūsa repētina inaurisio ūparatis et i pro
tatis nobis oratur.

Contra auariciam. **Ca^m Septimum.**

Uidens at dyabol; hoīem talib; pre
munitū. ex necessarijs cū aggre
ditur dicit; **N**ecessē ē usū vite ex reb; mū
danis recipi. **O**portet etiā ad senectutis
firmitate venire. nisi morte contingat
hoīem intercepti. **E**rgo uel in senectute
oportebit egē uel mūtē aliq; necessaria
ad senectutis usū necessaria; **De**
quo legit; in diaspim. q; quidam oratula
nus totū laborē suū effudit in dco
suā vixq; sibi dicitū retinebat. **P**ostea
sathana instigāte collegit lagenā nū
mor; quib; i senectute uteret. **C**ontigit
at ut putrefict; pes ei; consuptisq; nū
mus i medicos. ad ultimū boni medici
consilio fecit pēcē abscondi. **E**t ad eū die
ad se reuersam ingemisat. **a**stut etiā

gelus dicens Vbi sunt nūmi quos collegi
sti & ubi ē spes eoz? At ille ait Peccauit
mūc & amodo non faciā Tunc angelus
tetigit pedē eius & restituit est

De fraudibz mercatorz. Ca^m octauū
Si aut reprehensibilis ē iusti laboris
repositio. nō est dubiū grauiorē
esse fraudulentā mercatorz q̄ cont̄ iusti
tuta legū aliquñ uel uiaa nō celanda ce
lant in rebz quas vendūt. uel ip̄s melio
res esse prociat̄ mēciūt. Dup̄ qua re tu
lius refert̄ disputacōnē fuisse int̄ dyo
genē babilonicū stoycū et discipulū a
antipatrū. Dyogenes dicebat nō om̄ia
uiaa rei vendende exponenda esse empto
ri. s̄ quātū fuisse legibz institutū. dum
tamē cetera sine fraude fiāt Antipater
aut̄ dicebat q̄ cū venditor utilitati hoīm
consulat. cōn̄ sed? huāne soactatis est
si aliqd̄ rei vende ut uinū cedit. Ad h̄ dyo
genes Aliud tacē aliud est celare. Vco
neqz inq̄t quicqd̄ est utile tibi aut̄ ut
michi necesse est dicē Alioqn̄ oporteret

me multa de natura deorum et fine bonorum
 tibi narrare. Antipater autem dicit damnatum est
 inquit athenis. erratum via non monstrare. mul-
 to magis danabile est scire pati homines
 in errore incidere. Ad hoc dicit Protagoras. Non te
 emere coegit quod nec exhortat est. Tu quod
 placere emisti. ille quod suum erat lauda-
 uit. Vbi autem emptor ut dicitur est. ibi fraudis
 venditoris esse non potest. igitur et si nichil debet
 venditor emptori celare. non tamen hoc est celare
 quod oportet reticere sed cum emolumentum sui causa
 vult emptorem ignorare quod interest ipsum
 scire. Non affectantes maiora lucra. La. ix

Sunt autem quidam qui et si fraudes
 detestantur. in lucro tamen lucris suffi-
 cientibus non contenti ad maiora lucra cum
 omnium bonorum plerumque periculo tendunt. Vn
refert abbas abraham in collatione. quod erat
 in ciuitate quadam peritissimus confor. qui
 denariis ternis unumquodque tondens excepto
 victu. centum denarios cottidie in suo mar-
 supio recoquebat. Quos autem in qua-
 dam remota ciuitate singulos solidos

pro consione dari sūptis istrumētis suis
ut ad illā pergeret ciuitatē. anteq̄ peruen-
ire posset eam q̄q̄ de lucro p̄terito reposuc-
rat totū consūp̄sit. Veniēs at̄ ad illā ciuita-
tem cū primo die multā pecuniā lucratus
fuis̄ ad vesperā let̄ abijt ad macellū ut
abos emēt. quas cū cepis̄ magno precio
cōparare inuic̄it se ī exiguo vitū. ita totū
lucrū suū expendē ut nec vn̄ denariū sibi
sup̄ess̄. Tūc in se reuers̄ dixit. **Q**uestio
sior fuit ip̄e quest̄ nūm̄oz q̄ iste solidoz
ex quo nō solū nō exsupat qd̄ reconda. s̄
vix ip̄e cotidaiū vitū acquiro necessitatē
Et surgēs vacuus reuers̄ ē ad primam
suam ciuitatem.

Contra abutētes sua arte. **Ca^m decimū**
Quidā at̄ artifices ad multiplican-
da lucra uel ip̄e fauorē subaluta-
tem suā conāt̄ in nouis aduenticōibz.
Que sicut fuit in p̄iudiciū alioz ita ple-
rūq̄ sup̄ ip̄oz auctoz capita reuertunt̄.
Vnde refert orosi q̄ tpe quo salaris au-
delis mente sed cōmentis crudelior ī aalia

tyrāntē crecebat quidā artifex noīe perill
 ei cupiēs deservire. encū taurū fecit. cui fa
 brice ianuā in latē composuit q̄ ad itruē
 dos captivos receptui foret. ut cū indusus
 ibi subiectis ignib; viret. p̄ cōcauitatē
 creis magis mugire q̄ voces huānas pro
 dere videret. Ad factū tyrān̄ ampliatēs
 sco factore creas ipm̄ p̄mū sua inuen
 tiōe puniuit. Con potētes calūpniosos. 2^a xi.

Inucit et ali^o mod^o diuicias acqui
 rendi quo paupes a diuitib; et po
 tentib; opprimūt p̄ calumpnias. De quo fi
 git p̄ sop̄ hāc fabulā. Agn^o et lup^o sitietes
 e diuiso ad fluuiū seu cuiulū perueniūt
 Durū bibebat lup^o. longe at̄ infer^o erat
 agn^o lup^o ut agnū v̄dit sic ait Turbasti
 michi aquā. Ad hec agn^o pacenē respon
 dit. Quō aquā turbasti tibi. Ad hēc decau
 rit ad e^o. Qui lup^o. Et maledias inquit
 michi. At ille. Nō maledixi lup^o ait. P̄
 tuus multa mala ostendit michi. Cūq;
 agn^o se sumptuat̄ excusaret. lup^o īproba
 voce dixit. Adhuc michi loqueris latro.

Beatus in ipm exsilis innocenti vitam
cepit. Non aliena occulte tenentes. Ca. xij.

Sunt autem nonnulli qui etiam si manifesta
calumnias detestantur. occulte tamen
non veretur quod alienum est detinere. Non refert
petrus damianus quod tutor quidam milde hos
pitalis alienam suam furat. ipsum apud
se reclusit. Interea ingressus ad eum Christus in
effigie pauperis quasi cum plixo cruce. roga
bat ipsum ut illos abbreviaret. Qui tutor
petrus reuertens assurgens. cepit cum tondere
Non dum faceret. in capite eius reperit du
os oculos latitantes. Expavit ille. et que
sunt quod hoc esset. Ego autem sum Christus. qui vidi
quod cum te contempseris. Et isti sunt oculi quibus
vidi te subripere comitum tuo suam quam
in cauca reclusisti. Beatus huius deo disputat

De infidelitate servorum. Ca. xij.

Prodit autem occultationis modus so
let specialiter invidiam in servis. Quorum
infidelitas tanto solet esse perniciosior quam
to ad utilitatem dominorum suorum debent totum
id quod sunt ordinare. Non refert valerius.

q̄ quidā noīe penappon nescio quo ca
 su contingente p̄scripte est ad mortē n̄us
 si sūt milites ad domū c̄ ut ip̄m iuxta
 decretū puniret̄. Habebat at̄ vnū admi
 rabilis fidei seruū. q̄ cū cognouiss̄ ad oc
 cidendū d̄n̄m suū milites aduenire. mu
 tata cū ip̄so veste r̄ sūpto in manu eius
 anulo p̄ posticū emisit ip̄m. seq̄ i cubi
 culū illi⁹ recepit. **D**icō militibz penappon
 nem ip̄m esse suspicantibz pro d̄no suo
 sese iugulari permisit.

De reudatione secreti. **Ca^m xiiij.**

In fidelitate at̄ p̄ corpis p̄tectionē
 secundoū lo cū videt̄ tenere celatio
 secretorū. **E**x quorū reudatiōe p̄icula caā
 corpi fixq̄e oriunt̄. Ad quā quidē celati
 onem auctōri monemur exemplo. **H**ic
 fert cū macrobi⁹. q̄ nobilis consul roma
 nus papiri⁹ cū ad huc puer ess̄. quādāq̄
 die cum p̄re ad curiā iuss̄et. et cū reuer
 tentē cepiss̄ mat̄ p̄amatai quid i sena
 tu p̄res egiss̄ent. **C**ūq̄ ille responderet to
 dia nō licet r̄ illa cū verbis viget̄ fito

mercato dicit in senatu tractatum esse v
trum vnus vir plures uxores. an vna mul
lier plures viros deberet accipere. Ad cum
illa reculisset ad ceteras mulieres. oēs altera
die confluunt ad senatum. rogantes ut duo
bus viris magis vna mulier quam vnus vir
duabus mulieribus coniugatur. Tunc sena
tores quamquam esset illa mulier intemperans
mirarentur. puer papyrius causam ex his
quam mater dixerat iudicauit. Tunc ordina
tum est ne pueri a modo excepto papyrio
cum patribus suis in curiam introiret. pro reue
lationis secretorum periculum.

Non reuelantes defectus aliorum. Capitulum xv
Sunt autem quidam qui licet ea que sub si
gillo secreti accipiunt firmiter stude
ant obseruare. tamen aliorum defectus si uel
auditu uel quoque alio modo cognouerint
festinant ceteris iudicare. Contra quod re
fert iustinus quod cum constantinus imperator iter
esset loco in quo congregati erant patres
ad nyccenum consilium celebrandum eosque ha
bere uide se quendam uirgiam comperisset. accepit

tis ab eis omib; uirgior; et quærimoniar;
 libellis. eos in sinu suo colligēs. fecit exi
 ri ne cui hoim inotescē posset simultatio
 sacerdotū **V**nde et alibi fertur dixisse
Vere inquit si uidisse sacerdotē uel aliq̄
 cor; q̄ monastico sūt habitu amicti peccā
 tem. clamorē meā explicatē ad operiendū
 illum. ne ab alijs uideri posset.

Cōn quosa spectacula Ca^m xvi.

Sunt at queda mundi banitates
 sicut puto instinctu demonū adī
 uente. **Q**ueri si sciantū se nō uideāt esse
 peccā. tamen sūt bonor; impedimēta. **D**icit
 sunt spectacula q̄ a bono retrahūt. et ex
 his q̄ ceteri gerunt aīos uidentū frequē
 uiduāt ad peccā. **V**n̄ narrauit in quoda
 fe q̄ in villa quada predicationis sue qua
 dam honesta muliere dyabol; multo tpe
 molestabat loquebat; nocte cū ea strepi
 tum in camera facēs. dicebatq; se ipsam
 dilige. ac moleste feribat cum illa ei respo
 dere nō uellet. **C**unq; illa diceret ei ut sibi
 loqueret; p̄ntē fratre illo. penit; refutabat

hoc **D**um vero dicitur frat' quoda die predi-
catur' est. nocte praedice dicitur demō illum
licet q' in aastino in pntia illi' frās est' pre-
dicatur' **B**equenti igit' die cum fr' sermōes
inchoasset. aduāt quoda ioculator et bar-
sillos suos an' ecclesiā explicās. fere omēs
a sermōe extraxit **N**octe vero sequenti cum
mulier prefata arguet demōne q' nuni-
me sicut predicebat p'dicass'. ymmo certe
inqt demō. nam auditores sermōis frās
illi' ad sermōne meū retraxi **V**it autē
quoda p'apua spectacula xpianoz inpe-
dientia visitatiōes infirmoz **V**nde esset
fulgenti' q' dyogenes socratic' cū iam se-
nex fact' esset graui febre corrept'. ad um-
bram arboris cuiusdā se traxit **L**ūq; ibi
grauē torqret'. trāsire v'dit omēs hoīes
ad amphiteatra spectacula conuēntes
et aiebat **Q**ualis stulticia hoīm **A**d
currūt spectare feras hoīes repugnātes.
et me p'terēūt cū naturali dolore certatē
Quōsi imoderatū risū **L**a^m. xvij.
Et talibz etiā spectaculis sequitur

comunicē dissolut⁹ et imoderat⁹ risus. in
quo et si nō sit securdū se ratio pat̄. tñ
multū derogat honestati probi viri.

Unde refert valeri⁹ phylemonē scriptorē
comediā parū reputari debere. qz cū se
om̄ia vis imoderati risus abstulerat.

Quodā enī die cū sic⁹ positas in cōspectu
asellus consumēt. vix puerū acclamauit
vt cū abigeret. **A**unq; puer iā comestis
om̄ib; supuēss. qm̄ inq̄ tu tard⁹ fuisti
da nūc et merū asello. **A**t pan⁹ urbanita
tem dicti. crebro cathy⁹ nox h̄ anhelitu pro
secut⁹. senile guttur salubris spūs angu
stia p̄grauabat. **N**on abuten
tes p̄p̄ia pulchritudine. **Ca^m xvij.**

Sunt at̄ quedā detestabiliora spec
tacula. q̄ constituūt hoīes de seip
sis ad cōspectū sui ornat⁹ uel pulchritu
dinus alios puocātes. **C**ontra qd̄ refert
valeri⁹ qz fuit quodā adolescēs in quo tā
tam pulchritudis formā natura cōpo
suerat. ut ex solo consp̄ū q̄ plurū femi
narū sollicitaret sollicitaret oculos. et aīos

puocaret. **¶** Unq; pp̄ h̄o viris ac parētibus
car se suspectū sentiret. oris sui decorē cō
fodit vulncribz. malēs deformitate ftoē
facere sanctitatis sue. q̄ formā suā ma
tamentū esse libto unis aliene.

¶ Contra adulteros occultos. **Ca. xix.**

Quidā vero qd̄ dicitur ē mulier quā
nō possūt allucē in aperto conāt
sed occulte in occulto. **¶** Nō refert petrus dāmi
am qd̄ quidā adāmauit uxore vicari sui
sed aūm ei ad se idinare nō poterat. Con
tigit at̄ quādā die qd̄ maritus mulieris
maturus surgēs. boues suos ad remota
ra pasua ducēt. Quo cognito vicari ei
domū ei ingressus. & frigesce se simulās
lectū mulieris p̄xit. **¶** Qui illa sicut mari
to cōpaciens ipm̄ amplexata ē. & contat
Ipse vero illa cognita continue recessit
nec multo post maritus rediit et lem̄ repxit
¶ Qui vxor quasi exprobas aut hodie ne
poteris ecclesiā ingredi cū ceteris xpianis
¶ Unq; attonitū req̄reret qd̄ loqueret̄ et
ipsa dicēte qd̄ factū fuerat cognouisset.

sic se fuisse delusos. pergit̄tes ad ecclesiā
 quærimoniā corā om̄ibz depo succrūt. ro
 gantes occultū ad ulterū publice tue
 lari moxq; ad ulter demonio vxat̄ et
 desiā intrauit. dissipēs q; ac dilaniās
 semetipm corā p̄lo infelicē animam ex
 alauit. De summa amicitia. Ca. 11. r.

Hec at̄ et similia r̄ si nō essent cōn̄ dū
 sunt tñ cōn̄ humane amicitie feco
 quo quicq; ita fidelē inueniūt̄ astringi.
 ut p̄p̄ eā etiā periculo mortis se exponāt
Unde refert Valerius q̄ duo discipuli p̄tha
 gore damō et phiasas fidelē inē se ami
 citiā conuixerūt. Cū at̄ dyonisi tyran̄
 alterū corū infelicē uellet et is ab eo temp̄
 petaret quo domū r̄ familiā ordinaret.
 alē uadē sese pro reditu amia tradidit
 Appropinq̄te at̄ p̄finita die r̄ eo nō reū
 tente om̄es temerariū sponsoiē damna
 bant. At ille nichil sc̄e amia cōstanaa
 metuē predicabat. Hora igit̄ a tyranno
 cōstituta ille sup̄ uic̄it tyranno se p̄sentās.
 so cuiq; resoluū deposcens. Et amurat̄ ty

tanquam amboꝝ aĩm fidei supplicũ dimit-
sit. et se in corꝝ amicitiaĩ capi postulauit

De paupꝝ abꝝ amicitias precandis. Ca. xxi.
Si autem ad hoc uero uat hoĩem amicitia
ut pꝛe amicitiaĩ cũ faciat pericu-
lum mortis nõ timẽ. nõ dubiũ qui faciat
ipsi necessaria ministrare. Nõ refert sancta
qꝛ archesylas nouoꝝ pꝛyꝛatheticoꝝ insti-
tutor amicitiaĩ habuit paupꝝe quideĩ et egro-
tum. sed utruĩqꝛ pꝛ uerandaia ut assolat
dissimulante. Ad cũ plus cõpꝛasset. ui-
dicauit ei sine cõfusioẽ esse succurrẽdoũ
Acceptit ergo sacculũ pecunie et dẽ illi plu-
matio subicit alio penit' ignorãte. ut
homo naturalit' uerandoĩ magis uidet'
qđ desiderauit iuenire. q̃ qđ postularet
accipit. De infirmis uerandis. Ca. xxii.

Non solũ at in necessitatibꝝ tĩpilibꝝ
sed etiã in infirmitatibꝝ iustum eĩ
pꝛe decem subuenire. Nõ refert heradi-
des Eulogi' huius mũdo renũciãtis. qꝛ pꝛ
se nichil poterat opari. pauca de bonis
suis quibꝝ uteret' retinuit. Cũqꝛ nec in

monasterio cum multis posset dege nec so-
 litudo in e ferre. reperit quendam elephā-
 tico morbo sic repletū ut et pedes et manū
 ac ferre oīa mēbra p̄ter linguā amississe
 videret. **T**ūc eulogij quasi quōdā pacto-
 nē cum dño facēs orando ait **D**ñe deus
 in noīe tuo suscipiā istū. et usq; in diē mor-
 tis repausabo cū **P**ositūq; sup asinum
 ad hospitiū duxit. et ei p̄ xv annos pp̄y
 maīb; mīstravit **P**ost hec ille demonis
 īstinatū cepit ab eo velle discedē. et mul-
 tis cū iurgijs in arpare dices **f**ugitane.
 tu domū tuā deuorasti. et ī me occasiōe
 salutis recuperare te credis **E**ulogij autē
 rogabat cū dices **N**oli dñe ita loqui. s̄
 dic pota et emendoabo si qd te constrista-
 ui **A**t ille ait cum furore **V**ade inquit.
 adulationes tuas nolo **P**ute me in pub-
 licam **R**efrigeratōe tua nō indigeo. car-
 nib; vesca descedo **C**ūq; ille carnes ei ex-
 hibuiss̄ nō possum inq̄t teū habitare.
 pplm vtdē volo **E**go aut eulogij in mul-
 titudīe te ad dūcā **A**t ille clamabat **N**olo

brede silicis tui deuoratores panis. Ad pub
licū me pice vnde me sustulisti. Tūc cū lo
guis cū ad abbate anthoniū dixit dix
itq; ei qd cū vellet abire. Tūc anthonius
dixit cū meliore te deus inueniet qd colli
gat destitutū. Et cōuersus ad egrotū dixit
Elephanto se nec celo nec terra digne. ne
sas qd xpūs est qd mīstrat tibi. Post xp̄m
cū iste tali se seruaio subiugauit. Post
hec ambos confortās ait. Nolite filij ab
inuicē separari. qd iā uterq; vrm merbit
coronā. et tūc hec temptatio accidit vo
bis. qd ad finē vite ambo venistis. Qui
dum redisset ad cellā. infra quinquagin
ta dies ambo defuncti sunt.

De paciētia in infirmitate. Ca. xxij

Siāt tanta diligētia sustentetur
infirmitas aliena. maiori cōmu
nitate est infirmitas p̄ia tolerāda. Vñ
refert gregoriū in dialogo. qd quidā ser
uul? noie paup rebz. diues meritis. ex qd
illū sac potium? usq; in finē vite suc sp
palit? iacebat in lecto. Qui nunq; de

loco surgē nunq̄ manū ad os ducē nūq̄
 potuit se in lat̄ alterz redinare. Hinc ad ser
 uicidū mat̄ cū fr̄e aderat. et q̄ q̄ ex clero
 suis potuisset accipere. corz maibz paupe
 ribz erogabat. **D**ante scripture codices e
 micrat. quos sibi a religiosis hospicio re
 ceptis legi faciebat. **D**icaz factū est ut uix
 modū suū sacra scripturā plene disceret
 cū tamē lras penit̄ ignoraret. **A**unq̄ iam
 morti se pximū agnouiss̄. peregrinos q̄s
 in hospites suscepit amonuit ut surgeret
 et psallentes cū obitū exspectaret. **A**unq̄
 ipse cū eis psallēt. voces alioz rep̄te con
 pescauit dicens **T**acete tacete. **N**ūq̄ nō audi
 tis q̄ntē resonēt voces in celo. **E**t cū ad cas
 dem voces intenderēt. scā illa aīa carne so
 luta est.

De huili hospitalitate. **Ca. xxvii**
Ex dicitis apparet q̄nto studio sit ho
 spitalitas pauperibz exhibenda
Et nūm̄ tanto debz deuoti⁹ fieri. q̄nto
 xp̄us in tractandō pauperz sese perhibet
 tractari. **V**n̄ refert gregor̄ in d̄p̄alogo
 q̄ erat quidā p̄familias q̄ cū om̄i domo

sua magno hospitalitatis studio serue-
bat. Quisq; ad mensam suam cotidie pegrin-
nos suscipet. quidam inter alios venit. Cui
cum ille ex consuetudine aquam vellet manibus
infundere vitium accepit. sed in alterius manibus
aquam infundere non inuenit. Cuiusque hoc se-
cum miraretur. eadem nocte dominus ei apparet
dixit. Ceteris diebus me in membris meis. he-
sterno vero die me in capso suscepisti.

Sunt autem quidam hospitalitati hospitiu[m] *ca. xxv*
qui consueverunt pauperes recipere
ipso diuidunt. estimantes illos pro seipso
cotidie talia sperare. Non legitur in vita spiritus
quod quidam fratres egressi sunt aliquando de monaste-
rio ad visitandum fratres qui in heremo mor-
abantur. Cum autem ad unum episcopum venisset
recepti sunt a senecum multo gaudio. et
ante horam nonam eis mensa apposuitur
omnibus que habebat quasi pro labore itine-
ris eos sicut potuit melius paravit. **Ves-**
pere autem factum. pro oratione separatum ab eis
quiescens. audiuit eos loquentes et dicit

tres in se. **S**ta heremite meli⁹ abant⁹ q³ fr^{es}
 qui i cenobys conuersat⁹. **Q**uo audito
 ille tacuit. **M**ane at⁹ fr^o cum ire vellent
 ad aliu⁹ q³ in vicano habitabat dixit eis
 senior. **S**alutate cu⁹ ex me. et dicit eis. **O**b
 serua⁹ noli irigare olera. **C**u⁹q³ ad illu⁹
 retulisset hec verba. ille intelliges causa
 verbor⁹ recepit eos ac dedit eis materia⁹ ut
 operent⁹ et texerent sportas. **D**icensq³ ipse
 cum eis no⁹ cessauit ab ope manuu⁹. **D**es
 p^{re} at⁹ p⁹ copletas or^o nes dixit eis. **N**os
 quide⁹ consuetudine non habem⁹ cenare
 cotidie. sed p⁹ aduentu⁹ v^{ri}m oportet nos
 hodie cenare. **A**pposuit igit⁹ eis panes sic
 tos et sal⁹ dices. **P**ro⁹ vos oportet nos aliq³
 meli⁹ cenare. **M**isitq³ modicu⁹ acetu⁹ et par
 ola. **C**u⁹q³ surrexisset de mensula. cepit
 iter⁹ psalle⁹ usq³ p⁹ eluce⁹. **T**u⁹ dixit eis
Non possum⁹ p⁹ vos o⁹m⁹ canone⁹ psalle
